

Quatre ans plus tard, au moment où tout allait être réparé, survint une nouvelle catastrophe. Pendant l'hiver de 1414, une crue subite et occasionnée par la fonte

---

reparacio et in eadem omnes contribuere teneantur et debeant de jure et de bona equitate. Quiquidem exponentes, pro tunc non habentes aliquas pecunias vel aliquod in communi pro dictis missionibus et sumptibus fiendis et supportandis preter quoddam subsidium, vide-licet decimum vini, quod in dicta villa annuatim vendebatur, et certos componos bladorum, de quibus decimis et componibus dicti consules et habitantes habere et percipere debebant tres partes pro omnibus communibus dictae ville supportandis, et alia quarta pars debebat ponit et converti in reparacionibus edificiorum et aliis oneribus res-picientibus tuicionem et custodiam dictae ville, et de ipsa quarta parte tenentur dicti consules et habitantes reddere computum, ut in quo-dam accordo inter ipsos, clerum et consules super hoc facto et per nostram parlamenti curiam confirmato continetur, de pecuniis ex ipsa quarta parte decimi compon(orum) durantibus dictis vigenti annis provenientibus, in edificiis, reparationibus et aliis oneribus res-picientibus tuitionem et custodiam dictae ville, quinque milia ducen-tas et quinquaginta libras turonens. vel circa, et residuum pecuniarum sive valoris dictae quarte partis decimi et componorum ascendens ad summam novies centum et quinquaginta librarum turonens. vel circa, factis prius et completis reparationibus dictae ville magis necessariis, durantibus dictis xx annis, videntes et considerantes utilius succur-rendum fore tam urgenti necessitatii reparationis dicti pontis, qui est de clausuris necessariis et facit clausuram, fortificationem et custo-diam dictae ville, sicut et muri quam alias clausuris et reparationibus murorum, que nulla saltem tam necessaria et utili, prout dictus pons indigebant reparatione, nec propter hoc dictae ville clausure aliquod habuerunt detrimentum seu ruynam, quam etiam facere alias clausu-ras novas, et in reconstructionibus et reparationibus dicti pontis et aliis missionibus superius declaratis, exposuerunt et implicaverunt; verumtamen iidem consules formidantes quod in redditionem com-putorum dictarum pecuniarum sibi fieret difficultas allocare in dictis computis predictas novies centum quinquaginta libras turon. per eos expositas et distributas in reparationibus pontis prelibati, et per hoc